licatissimi plantæ, quasi solvuntur, nec eriguntur iterum, donec exterius, diffante vento, & intus, vi nativâ reluctante, longiùs abigantur. 4. In Hispaniola arborem quandam auri venas habere scribunt rerum Indicarum Scriptores. Quod quidem minùs mirum, cum in Hungaria non rarò reperiantur vites, quæ granula sparsa, per majora grana botri; aut etiam tenues laminulas, producant. Causa autem hujus rei putatur esse, venæ auri, à quibus cum alimentitio succo aurum simul attrahunt. 5. Mimosa herba singulis noctibus, sole occidente senescit, & quodam modo siccatur, & contabescit; oriente verò sole vigorem denuò recipit, quantòque sol magis fervet, eò magis viret, totòque die ad solem folia convertit. Plures similes plantas folisequas esse constat, quarum ratio difficilior quidem est, adducemus nihilominus aliorum hac de re opiniones paulò infra. 6. Sic inriant; sole verò occidente ita se contrahunt, ut non folia, sed juniperi spinas dicerent. 7. Imò sunt nonnullæ plantæ, quæ non diurnum tantum, sed & annuum solis emulentur motum. Causam hujus conversionis plantarum ad solem petit P. Honoratus Fabri, ab uliginosi halitûs profluvio, cujus infinita ferè filamenta, quæ à radiis solis rarefcunt, florem versùs solis aspectum vertant. Alii id referunt, ad specialem sympathiam radiorû solis, cum hujusmodi plantis, ac floribus. 8. Eadem prædicta plantæ, & sibi nocivos spiritus, ac expirationes, è manibus scilicet nullis Indiæ locis, præsertim in Malabar frequentissima nascitur arbor, quæ nocte pulcherrimè à solis radiis illustratur, non modò flores omnes in terram abjicit, sed tota arbor cum suis foliis quasi marcida apparet. Fortè quia flores, & folia arboris illius tenuissimò glutine succi nativi cortici ramorum adherent, quod facilè à radiis solis rursùs per nocturnum frigus solidantur, & succo interno, vel simul humore tartaricus Baranecz dictus, crescit enim agni figurâ, ad pedum ternum altitudinem, quem pedibus, unguis, auribus, totòque capite, pro cornibus pilos gerit, cornu specie, ferunt internam illius pulpam, carnis formam, referre, & è vulnere quoque sanguinem manare. Hinc aliqui opinantur, fruticem inter animalia, vel Zoophita (quæ mediam babiliùs tamen est, simplicem tantum esse plantam) esse connumerandum, promalis excrescat, & quod sanguineum sub pelle lanigera succum, si incidatur, stillet, neminem movere debet, cum hæc etiam in aliis reperiantur plantis. Sic aliquæ plantæ muscarum, aliquæ apum, aliquæ hominis etiam figuram ferunt, & mala punica sanguineo succo turgent, & certi generis persica potit Schottus par. 4. mag. natural. lib. 4. 11. Sed illud auget admirationem, quod hic frutex herbis vesci videatur. Nam tamdiu vivit, quamdiu vicinis obsidetur herbis, quæ



quasi agnus in loco pascuo; absumptis verò illis, aut aliunde subtractis, tabescit, atque interit. Hoc ideò Kircherus accidere putat, quòd omnem circa humorem, cujus magnà copià indiget, per caulem attrahat, quò dum vicinæ herbæ privantur, contabescunt, & emoriuntur, ideoque ab agno plantali absumi videtur, deficiente verò postmodum pro se necessario humore, ac consumpto, & ipse frutex perit. In *Fava Insula* esse refertur, cujus medulla ferrea est. Verò similiùs tamen esse puto hanc medullam, speciem duntaxat ferri referre, quoad colorem, & duritiem, utpote ex succo nimium terreo, concretam. 13. In *Peru* reperitur herba, vel frutex potiùs, cujus ramus in manum infirmi porrectus, si is superstes futurus sit, quamdiu illum in manu tenet, eum alacrem, & letum facit; si moriturus, mæstum, & anxium. Id fortè magis ad superstitionem pertinet. Esto Nierembergus lib. 14. Hist. natural. aliam quoque herbam Teomalt dictam, esse vitæ, & mortis indicium scribat. Nam si hujus herbæ, vel fruticis, succum haustum evomat ægrotus, signum mortis est; si non evomat, vitam promittit. 14. *Ficus Indica* adeò fecunda naturæ est, ut subinde ex uno ejusdem trunci integra sylva excreseat. Ubi enim aliquantulum excreverit hæc arbor, ramos in omnia circum latera expandit, qui tenues quasdam fibras, & filamenta deorsum demittunt, hæc verò ubi terram attingunt, firmantur, novamque quasi prolem germinant, & veluti in novas arborum radices transeunt: qui rursus summa sui parte novos in latere ramos spargentes, novis denuò fibris, deorsum missis, se se propagant, & sic consequenter & alii rami ferè in incap. 10. cujus fructus, ubi maturuerit, rumpitur tanto sono, ac impetu, ut veluti quoteriam sclopo jactatum quàm longissimè avolet. Accidit id fortassis, quòd nucleus interior fructus hujus sit porosior, ipsa autem arbor sit nimium calidæ naturæ, hinc fit, ut vi caloris quæ interni, quæ externi nimium rarefiat, unde necesse est, cum dilatari aliter non potest, ut exterior cortex nuclei rumpatur, ac procul ejaculetur. Simile ferè quid accidit in castaneis, non scisso priùs cortice, in calidos cineres expositis, vel globulis vitreis, aquam inclusam continentibus, iisdem calidis cineribus, vel prunis impositis. 16. Non exigue ea excedat. Nam ut Petrus Martyr scribit: Occidentalis Indiæ Insulæ nutriunt tam proceras, & vastas arbores, ut inter earum ramos, domos liceat ædificare indigenis, imò tam immensæ inveniuntur in iis Regionibus arbores, ut in earum cavitatibus domos ædificent incolæ. Scribitur quoque, Mexicanus Rex in suis viridariis non unam habuisse arborem, sub cujus umbra mille homines federunt. 17. Olera, quæ Hispani primùm in Peruensî Regione seminârunt, adeò liberali fecunditate creverunt, ut manu ultima folia contingi non possent. Tribuendum id erat bonitati terræ, & longissimæ quieti ejusdem ab omni infeminatione, quæ in barbara illa natione in usu non fuit. 18. Hinc inventus est mihi aliquando raphanus, cujus umbra quinque equos ligatos complectebatur. Visi quoque pepones plus



plus quàm centum librarum. Ut testatur Nierembergius lib. 17. Naturalis Histor. cap. 113. & 114. 19. Addit idem Author, in Arabia jacto semine cucumerum, & hujusmodi rerum, fructus eorum legi intra vigesimum diem. Caules, betas, lactucas, boragine, & alia his similia, ad perfectam maturitatem pervenire intra decimum diem, cucurbitas, & melones intra vigesimum octavum diem. 20. Verum & plantarum resuscitatio ex earum cineribus per artem Chymicam prorsus est admirabilis. Per hanc siquidem plantas in cineres redactas, uti & flores, ad nativum, & pristinum statum reduci posse, plurimæ testantur historiæ, & exempla. 21. Arti non cedit natura in plantarum productione. Dum scilicet lapidibus, gemisque variarum plantarum figuras ita imprimit ad vivum, ut hæ nativis cedere non velle videantur.

## §. XXII.

### *Plantæ fictæ, vel dubiæ existentia.*

*Alibi de rerum falsa, vel dubia existentia differuimus; hic solum enumerabimus eas plantas, quæ merito ad hunc titulum possunt revocari.*

**T**alis igitur primò est. *Planta, quæ naturali virtute dicitur fugare dæmones corporeas afficere potest.* 2. *Aliquæ tamen plantæ Energumenis salubriter admoventur. Nam dæmon aliquando ita humores in eorum corporibus commovet, ut non nisi adhibitis remediis, in pristinum statum restitui possint.* 3. *Non minus fabulosa est planta illa, quæ ferrum secare, aut rumpere dicitur. Hic etenim effectus est supra naturales plantæ vires; unde si is ad applicationem alicujus plantæ aliquando sequitur, pactum explicitum, vel implicitum cum dæmone intervenire necesse est.* 4. *Hinc non minus fabulosa est planta, quæ naturali sua virtute fortunatum quem reddat victorem in ludendo, amabilem, gratum, &c. Ex eodem fundamento, & à fortiori quidem.* 5. *Hinc quoque nulla planta est, quæ naturali sua virtute facit aliquem invulnerabilem, seu ut communi vocabulo utamur, congelatum. Quando igitur aliquis redditur invulnerabilis per gestationem alicujus certæ herbæ, vel stirpis, aut cujuscunque plantæ, habet se solum per modum signi, in ordine ad explicitum, vel implicitum pactum cum dæmone, juxta quod dæmon corpus gestantis talem plantam, tenetur tueri à vulnere, quod dæmon variis modis potest efficere, v. g. ut quis invulnerabilis sit à globo, vel ejusdem vim, dum volat per medium aërem, ita hebetando, ut tam debilis sit illius ictus, ut corpus lædendum non penetret, vel ita condensando medium, vel interponendo aliquid, ut globus penetrare non possit, vel ita resistendo in corpore à glande petito, ut impetum retrudat.* 6. *Eadem ratio est de invulnerabilitate à gladio. Hoc enim facit dæmon, vel infringens impetum, vel in gladio factum, ut corpus non penetret, vel in corpora resistendo, ut penetrari non possit; semper tamen ad signum impliciti, vel expliciti pa-*



eti cum eo, qui talem herbam, aut stirpem, aut quamcunque plantam hunc in finem gestat. 7. *Hinc mutata, vel addita circumstantia aliquid non ordinaria, tales quoque capiunt arma.* Resiliente daemone a pacto, in quo non continebantur illae circumstantiae. 8. *Unde & insensibilitas illa, quae in tormentis nonnunquam obvenit Magis, nullius plantae virtuti adscribi potest.* Verum ad illius gestationem, tanquam ad positionem signi expliciti, vel impliciti pacti daemon id efficit; vel sensus eorundem sopiendo, & stupefaciendo, vel soporem gravem illis immittendo. 9. *Maximè verò alicui plantae hoc convenit, ut gestantem invisibilem reddat.* Sed in tali casu daemon impedit species visibiles objecti, ne ad oculos praesentium perveniant. 10. *Quae de herba Baaras referunt, & signatè, quod accedentes, & evellere se cupientes, fugiat, à multis fabulosa, vel superstitiosa esse putantur.* Nam imminens malum sibi fugere animalium est actus, non plantarum. 11. *Fabulis adnumerari debet etiam id, quod scribit Zoorastes, quod si per multos annos sterilis fuerit arbor aliqua, tunc si amicus pro ea rogaverit, & fide juserit, sequenti anno fructum laturam, ac ille amici verbis persuasus abièrit, arborem postea sine mora fructiferam existere.* Nam amici preces nullam arbori sterili vim generandi, ac fructus ferendi conferre possunt. Quare si effectus sequafructibus decidentibus in aquas, aves, quas britannicas vocamus, generentur, jam alias in quoque referri debet herba illa, quam Magi Balam vocant, cujus mentionem facit Plinius lib. 25. cap. 2. *Quae catulum Draconis ab homine, & hominem à Dracone mactatum ad vitam dicitur revocare.* Nisi fortè sic interpretentur verba Plinii: Quod virtute hujus herbæ, bestiae, ac homines è periculosis morbis, infixum suis cavernis, quas in arboribus habet, Hujus affinis est herba, quæ picus avis tur. 15. *Item herba Æthiopidis, quæ clausa omnia aperiri, quibusdam admurmurantis cantilenis tradunt.* 16. *Item alicæ, quæ ab equis calcata, continuò ferreos compescit: qui equos etiam invitos ad se attrahat, & abducat, non tamen alia animantia.* 18. *De virgula illa divinatoria, ex corillo, auri, vel argenti venas, vel thesauros prodente quid sentiendum est, alibi diximus.* 19. *Majoris considerationis est transplantio morborum in certas arbores, sive translatio infirmitatis alicujus, v. gr. Contractionis manuum, ex homine in plantas.* Verum & hæc superstitionem sapit. Priores vero effectus plantarum nullo innituntur fundamento, imò aliqui probatæ experientiae contrariantur. 20. *His addi debet differentia sexuum inter plantas.* Hæc enim in plantis non requiritur, cum semen cujusvis plantæ sit sufficiens ad generationem novæ plantæ.



## §. XXIII.

## Plantarum Sympathia, &amp; Antipathia.

PLurima Sympathiæ, & Antipathiæ inter plantas à Botanicis, & naturæ rerum indagatoribus recensentur exempla, ex his, ex notabilioribus referemus hic aliqua. *Primo itaque Brassicam inter, & vitem ingentem ajunt esse antipathiam.* Vitis enim, cum intortis claviculis omnia complecti soleat, solam refugit Brassicam, imò si eandem prope sentiat in adversam se retorquet partem, & si dum coquitur brassica, vinum vel modicum instilletur, illa nec probe coquitur, nec ipsius color constat, ac si in cellario brassicæ acidæ vasa, clade tantam dicitur habere antipathiam, ut si juxta se plantentur, arescat vel utraque, vel alterutra. 3. *Hedera, etsi omnibus arboribus perniciosa sit, maximè tamen adversatur viti.* 4. *Arundinis, & filicis mira est discordia, ita, ut altera alteram necet.* 5. *Hinc creditur filicis radicem contusam, arundinea spicula, corpori infixam ejicere, & si filice vomeri imposita, aretur campus, arundinem penitus in eo non nasci.* 6. *Cicutæ & ruta sibi adversantur, & manuum prurigo, ac tumor à cicutæ tractatione ortus, sic à ruta persanatur, & potæ cicutæ venenum ruta retunditur.* 7. *Vites amant olivam, & oliva myrtum, ac ficum.* 8. *Rosæ allium amant, & odoratiores, prope illud sitæ exoleunt.* 9. *Scilla est omnibus amica, nam quidquid eidem adplantatum fuerit, celeritate crescit, ac germinat.* 10. *Cucumeres, sic oderunt oleam, ut in hamum se se incurvant, ne eam attingant.* 11. *Vitis, & ulmi celebratissima sunt connubia.* 12. *Palma masculinum alterius tetigerit, complicit se in mutuum amplexum, ut cum ramus unius, rascit sine masculino.* 13. *Amygdala arbor solitaria, minus fecunda est; quia sociam caret.* 14. *Non solum inter se plantis, sed & cum aliis rebus, ac præsertim cum animalibus inest sympathia, & antipathia.* Sic ficus arbor taurum ferocientem, sibi alligatum, mansuefacit, & domat. 15. *Sic Aproxis herba radix è longinquo ignem attrahit.* 16. *Origanum comedit testudo, quando à serpente queritur, & confortatur per illud.* 17. *Rutam comedit mustella, contra regulum pugnatura.* 18. *Rutam, vel salviam edit mustella, quando alieno morsu, & veneno læditur, & iis locum vulneris affricat, ac liberatur à veneni periculo.* 19. *Arundine tacta vipera stupet.* 20. *Platani folia abigunt vesperiliones.* 21. *Ricinus feritur in hortis, ut talpæ abigantur.* 22. *Fraxinea amica plantæ; inimica olea, & quercus; laurus, & vitis, olea, & brassica; nux, & cicutæ.* 23. *Olea, ficus, vitis sunt inimicæ quercus; amica item ficus, & ruta; inimicæ ruta, & cicutæ, uti superius jam est dictum.* 24. *Cuncta hæc Philosophi communiter referunt ad antipathiam, & sympathiam, & quandam vim occultam.* Quam tamen P. Honoratus Faber lib. 2. de Plantis propositione 181. *merum animi ludibrium vocat.* 25. *Plantam igitur unam, cum si tamen communi succo vescantur; vel quia una alteri alimentum subtrahit, & balitu radicem alterius*



malè afficit, aut faltem glebam vicinam, & succum, quem illa continet, inficit; unde is postmodum alteri plantæ veneficus evadat; vel certè iisdem effluviis, una alterius fibrarum plexus turbat, aut dilacerat, vel meatum ejusdem, quibus succum attrahit, obstructions caufat. 26. Illas è contra amicas effe ait: quarum altera vel succum, quò altera vivit, intactum relinquit, vel fuis crepufculis, perenni effluvio emiffis, succum illum eò modò subigit, atque præparat, quem amica planta postulat; vel iisdem in radicem amicæ plantæ infinuatis, obstructions tollit, plexum purgat, meatus aperit, crudelitatem subigit. 27. Demum & Antipathiam, & Sympathiam earundem plantarum, quam cum aliis rebus, & præfertim cum animalibus habent, ad eosdem halitus, five effluvia idem Author revocat. 28. Hinc v. gr. rationem dat, cur Feles calaminthâ summoperè delectentur. Nempe ob halitum hujus herbæ, cujus odor mirificè eas afficit. 29. Item cur quædam plantæ serpentes fugant? Scilicet quia halitus illarum serpentibus ingratus, atque noxius est. 30. Quomodo dictamnum dicta planta ferrum ex vulnere educat? Non alio videlicet modo, quàm effluviis fuis vulnus laxando. Atque ex vulnere laxato ferrum vel spontè cadit, vel facilè educitur. Ergo. Atque fic de cæteris difcurrendo.

§. XXIV.

Nonnulla quæfita, quæ ad proprietates plantarum fpectant, refolvuntur.

I. **C**ur non omnes arbores hyeme amittant folia? Quia aliquarum arborum fucus est debilis, & modicè calidus, aliquarum verò fortior, & calidior, ille facilè adstringitur frigore, unde languent primò folia, deinde cum non affluit alimentum, decidunt: hic autem prævalet frigori, ab eo non adstringitur, fed ad folia pervadit, & tales arbores non amittunt etiam per hyemem folia. 2. Cur unius arboris lignum fit gravius, quàm alterius? Quia denfius unum alio, unde sub eadem quantitate plus habet materiæ, adeoque & gravitatis, quæ confequitur ad materiam. 3. Cur arbores multum fæcundæ facilè arefcant? Quia totum nutrimentum illarum transit in fructus. 4. Cur ferus taurus manfuefcant, fi ficu alligatur? Quia feritas tauri ab excitata bile procedit, hanc verò effluvia, five halitus, qui à ficu procedunt, diffolvunt, & deprimunt. 5. Cur caro è ficu pendula tenerior evadat? Id enim provenit ex folutione plexus fibrarum, ipsius carnis, per eadem effluvia. 6. Hinc caro dum in ola coquitur, tenerior evadit, fi ea baccillo ficulneo fepius verfetur, & agitetur. 7. Cur animalium, capræ ex. gr. morfus, infitionibus, & præfertim oleæ funeftus fit? Quia ab illo morfu fermentum quoddam in vulnere relinquitur, quod deinde totam arborem inficit. 8. Cur cucumis fe ad aquam extendat? Quia ab aqua illa tepefeit, vicina terræ gleba, imò & aura humectatur; unde fit, ut cucumis, cujus caro valdè fpongiofa est, intumefcat, & fic aquam accedere videatur. 9. Cur nonnullæ herbæ, vel radices, cum carne coctæ, eam



teneriorem faciant? Quia tales plantæ acida vi, vel generosis spiritibus pollent. Acida autem multam vim resolutivam habent, uti & spiritus magis generosi, ad resolutionem autem fibrarum plexûs consequitur teneritudo. Ergo. 10. *Cur aliquæ plantæ habeant spinas?* Quia tales plantæ habent magnos poros, materiam verò valdè calidam, ac terrestrem, quæ citò digeritur, ac fervere, erumpitque per poros, quæ postmodum à sole fortissimè coagulatur, & indurefcit, atque sic in spinas concrefcit. 11. *Cur aliquarum arborum umbrae, certis morbis laborantibus, salubres sint?* Quia tales arbores exhalant effluvia salutifera, quæ sol ex illis educit, ea æger attrahit, ac spiritibus suis immiscet, hæc verò sic immixta corporis humores contemperant, atque naturalem constitutionem illius confortant. Hæc autem effluvia in umbra sunt magis collecta, ubi nimirum aër se magis constipat. 12. *Cur è contra umbrae aliquarum arborum capiti sint noxiae?* Tales umbrae sunt foetentium, & nimis fortem odorem spargentium, ob contrariam priori rationem. 13. *Cur aliquæ herbæ, de arbore pendulae, aves arceant?* Quia acrem halitum emittunt, eumque avibus ingratum, aves enim acuto profus pollent olfactu, odor autem diffunditur in halitum. 14. *Cur chamomeli flores olfactu dolori capitis profunt, folia verò applicata summum diverfum temperamentum habet, & quidem in parte subtili, quæ in halitum vertitur, & per odorem attrahitur, est salubris; in partibus verò crassis vitiosa, quæ in foliis detinetur.* 15. *An, & quomodo ex cornibus arietis asparagi nascantur?* Id quidem aliqui fabulosum putant, sed si verum est, non adeo pro grandi miraculo aestimari debet: Nam si ex ipsis animalibus infecta quedam generantur, imò & plantæ ex putri, cur impossibile erit, non adeo arietis, præsertim comminutis, & in terram congestis, asparagos nasci. 16. *Cur rapæ succus ad chalybis temperamentum plurimum conferat?* Quia per poros feri candentis ea corpuscula immittit, quæ plexum ferri pressiore reddant, unde chalybs durior redditur. 17. *Cur malvæ flores oriente sole sese explicant, occidente verò sese contrahunt?* Quia quædam folia calore explicantur, & occidente sole sese contrahunt. 18. *Cur plantæ quædam venenatae sæpius producuntur in montibus?* Provenit id ex fumis mineralibus, qui dum ad superficiem terræ erumpunt, & in terram putridam incidunt, plantam venenatam producunt. 19. *Cur arbores non amittant aestate sua, cum sol videatur posse arbori succum arefacere?* Quia licet aliquid humorum calore suo absumat, præparat tamen cum fœnore alium succum, qui in arborem ascendat, & folia nutriat. 20. *Cur ligna arborum natarum sub zodiaco torrida sint solidissima, ut constat ex Hebano, Cocco, &c.* Quia sole vehementer humidum excoquitur, ut id, quod mole lignum redderet, exhalet. 21. *Utrum Ocyrum Scorpiones generet?* Respondetur affirmativè, insunt enim Ocyri in primæva semina scorpionum, cum requisitis dispositionibus. 22. *Utrum ficus, & laurus à fulmine tutæ?* Id quidem dicitur, sed mera est fabula, quæ enim in iis tantam vim impetûs arceret? 23. *Cur quædam herbæ degenerant in arbus*



*arbusta? Quia tales sunt calidiores, & ficciores, proinde cum excreſcunt, acuto calore humidum ficcatur, & liqueſcit.* 24. *Cur in calidis Regionibus ſæpius ligna arborum nigra prodeunt? Quia in illis, ob ardorem ſolis, humidum arborum evaporat, & terreſtre adurit.* 25. *Cur arbor in longum finditur, non in latum? Quia omnes venæ tendunt furſum, hoc eſt in longum, non in latum.* 26. *Cur ligna facilè cariem patiantur? Facilius eam ſentiunt, quæ ſunt moliora, quia ex iis facilius humidum exhalat, quod partes ligabat, & ſic ficcus pulvis inſtar cineris effluit.* 27. *Cur aliæ plantæ aliis diutius vivant? Vel quia copioſiore refina contra putredinem muniuntur, vel quia ficciores, calidioresque ſunt.* 28. *Cur apium aquam ſalfam recipit? porrum verò recuſat? Quia apii radix magis ſpongioſa eſt, porri autem minus laxa. Atqui aqua ſalfa craſſior eſt, quod autem craſſum eſt, per laxiores poros ſubit, ſecus per anguſtos. Ergo.* 29. *Cur ſtirpium aliæ ad ſemen uſque vivere tantummodò poſſint, ubi verò ſemen tulerunt, areſcunt? Quia cum altas radices non agant, & multam vim tum herbæ, tum ſeminis profundant, ſeu germinent, radix viribus proſuſ exhauritur, ſicque areſcit.* 30. *Cur ſi cucumeres, aut cucurbitas in terram condideris, majores evadant? Quia ſubſtantiâ fungoſâ conſtant; igitur ſuccum undique ex terra fugunt.* 31. *Cur ſerpillum, & pulegium pulices fugiant? Totum hoc odorifero halitui pulicibus ingrato tribuendum eſt.* 32. *Cur quidam acerbi ſunt, & hic frigore temperatur: aut certè ſunt exigui caloris, uti illi, qui ſunt admodum duri: in his, cum cutim ſtringit frigus, calorem intus coërcet, qui fructum maturat.* 33. *Cur, ſi quis radicularum folia per byemem abſciderit, terramque circa radicem conculcaverit, majores deinde radices evadant? Quia ſic impeditur, ne germen aſcendat, vel adoleſcat, hinc tota vis in radicem abit.* 34. *Cur ruta, inſita cortici ficûs, pulcherrima proveniat? Quia pingui illo, & acri ſucco gaudet, jam in radice ficûs probè digeſto.* 35. *Hinc eadem ruta aſpera quoque cinere gaudet. Ex hoc ſiquidem acria corpuscula ab æſtivo humore diluta exſugit.* 36. *Cur arbor amygdali in terris frigidis non fructificat? Quia ſuccus ejus frigore concreſcit, ideo vel perit arbor, vel eſt ſterilis.* 37. *Cur allium maturum fortiorem habeat odorem, quàm creſcens? Quia creſcens plus habet de humore, qui odorem diluit, in maturo autem humor ille aqueus jam conſumptus eſt, & ſic nativam ſuam vim retinet odor.* 38. *Cur ficus dentibus non parùm noceant? Quia lac ficuum, quò nutriuntur ficus, eſt acutiſſimum, atque inſtar aquæ fortis adurens, ex quò aliquid in ficu manet, quod in dentes agit, & ad radices eorum, per gingivas penetrat.* 39. *Cur ſtirpium aliquæ inanem caulem edunt, ut cæpæ? Quia earum caulis non inmediate ab ipſa radice, ſed ab annulo umbilicari aſcendit.* 40. *Cur ex ſemine veteri raparum caules naſcantur? Quia ſemen læſum vetuſtate, dum non poteſt generare, quod debebat, bonum; generat, quod poteſt, etſi levius. Sic etiam triticum, vitio terræ ſubinde degenerat, in filiginem.* 41. *Cur picea, larix, juniperus*



carent flore? Quia flos fit ex tenuiori parte succi, liberato à crassioribus partibus, qui in dictis plantis liberari non potest, utpote multâ resinâ iisdem alligatus. 42. *Cur cæpæ inter plantas mordent oculos, & lachrymas cient?* Effectus hic mordacibus particulis cæparum tribuendus est, quæ meatus oculorum laxant, stringuntque, ac vellicant organa, velut lachrymaruin, & receptacula. 43. *Cur quædam plantæ germinant extra terram, ut cæpæ, & allia?* Quia in bulbo earum congeritur succus ad germinandum, à terra destinatus, igitur ubi externo tempore sollicitatur, statim germinat. 44. *Cur palea fructus immaturos maturat, maturos à corruptione conservat?* Quia palea humorem externum arcet, unde timenda est corruptio, & nonnihil blandi caloris conciliat, qui maturitatem accelerat, ac promovet. 45. *Cur eadem plantæ aquam calidam, & nivem integram servant?* Quia appulsum aëris frigidi, ac calidi prohibent. Ut autem frigidus calidam frigefacit, ita calidus nivem liquat. 46. *Cur urtica urit?* Quia humido crasso prædita est, quod in particulas, & extremitates foliorum calorem cogit, ac stringit, unde is coactus, in aculeos quosdam erumpit, qui dum corpus animalis ingressi, adurunt, & humores tiores. Quia earum calentes particulas sol calore suo non dissipat. 47. *Hinc in loco obscuriore urticae urticae papaveris sunt soporifera?* Quia papaver non dissipat. 48. *Cur graves vapores?* Quia crassi illi, ac graves vapores, dum papaver crescit, tenuantur, ac rarefiunt, neque jam eodem loco comprehendi possunt, ideo vias aperiunt, quibus exeant, ideoque dum summa petunt, sub capite papaveris exitum faciunt. 49. *Cur trifolium ante tempestatem inhorrescit, & folia subrigit?* Quia venulæ ipsius laxantur humiditate, frigore verò intenduntur. 50. *Cur luciola planta, & agaricum de nocte luceant?* Quia aërem tenuatum habent. Hinc & olei gutta intra aquas lucet. Squammæ item lucii maximè circa commissuras. Ligna item putrida. Agaricum verò est fungi genus, ligno putri simile. Plura his similia resolvi possunt, ex hæctenus dictis, in præsentia materia.







# PROGNOSIS

Cum Astronomica, tum Conjecturalis ad Annum à Christo nato M D C C L V.

## DE ECLIPSIBUS.

**E** Tribus Eclipsibus, alterâ invisibili in Sole, 6. Septembris, quam Americani intuebuntur, alterâ itidem invisibili in Luna, 20. ejusdem, quam Antipodæ nostri observabunt, non nisi prima Lunarum supra Horizontem Europæum comparebit 28. Martii. Initium erit horâ 0. min. 26. ante meridiem. Maxima obscuratio h. 1. min. 45. Finis h. 3. min. 4. Tota duratio horarum 2. minutorum 38. Tempus verum computando. Ab umbra terrarum in disco Lunæ septem digiti cum dimidio versus Austrum obscurabuntur. Insuper 9. Maji. h. 4. min. 48. a. m. Mercurius Lunæ jungetur, & à limbo Lunæ non nisi minutis 3. ad Boream distabit.

## DE HYEME.

**S**OL ad hyemem asperam inducendam ingressus Capricornum annò superiore, 21. Decembris h. 9. m. 46. p. m. Frigus augebit, & prorogabit. Subiens Aquarium 20. Januarii. Anni præsentis h. 8. m. 35. a. m. Jam brumam temperabit, jam intendet. Demùm attingendo Pisces 18. Februarii. h. 11. m. 28. p. m. iteratas nives dabit.

## DE VERE.

**V**ER fortitur principium 20. Martii. h. 11. m. 49. a. m. dum Sol Arietem subit, at primò diem nocti æquam efficit. Initiò Ver siccum, & admodum frigidum; nam, licet Aprilis calorem ostendet præcipuè 20. die, dum Sol ad Majum usquè prorogandus, qui dies quidem serenos, noctes interea perfrigidas, siccitatis origines, numerabit, quanquam pluviarum extemporanearum nonnunquam admiscebuntur; Hinc concrebrescent noxiæ pruinae, præsertim ad 21. Maii. Sole h. 1. m. 23. p. m. Geminos salutante. Tum sequetur temperies amœnior, fat calida, pluviis distincta, herbis tamen, floribusque germen tardius suffectura.

## DE ÆSTATE.

**S**OL 21. Junii. h. 10. m. 27. a. m. Cancrum attingens, æstati initium, & diem longissimam, & intemperiem subfrigidam ac humidam, proinde instructuosam, & noxiam dabit. Julius ab ingressu Solis in Leonem die 23. h. 9. m. 32. a. m. æstivum tenorem serenitati ut plurimum conjunctum obtinebit, ac ad



## P R O G N O S I S.

duas Augusti decades protendet. Verum ubi Virginem die 23. h. 3. m. 42. a. m. tenuerit, humida, turbida, tempestuosa, & imbrifera intemperies succedet.

## D E A U T U M N O.

**A**utumnus exordium capiet 23. Septembris h. 11. m. 42. a. m. dum Sol ad Libram accedens alterum diem nocti æquam efficiet. Erit plerumque frigidus, & humidus, tum gelidus, quin & tempestuosus. 23. Octobris Sole in Scorpione h. 7. m. 4. p. m. constituto, frigus angebitur, quod tamen rursus minetur 22. Novembris, dum Sol h. 3. m. 0. a. m. Sagittarium tenebit, & temperies in humorem, ac extraordinarium teporem degenerabit.













Cum Saturnus hic annus Ver ut plurimum frigidum, & asperum inducat, ac ante Junium constans calor vix sperandus sit, fata vernalia non sunt præcupanda. Fruges vaginis clausæ macro solo erunt committendæ, ne æstatis humore, vel in flore exorbitent, vel in maturitate putrescant. Hordeum apprimè fructificabit, horreis ob pluvias ægrè inferendum, quin eadem de causa fruges quàm plurimæ in agris vitium contrahent. Linum, & canabæ variant: caules cum brassicis multa ex parte putredine corripientur, raparum tamen copia defectum pensabit. Fœnum mediocre, & illud tempore, ferendum que cælo invehendum, ac ejus provisio, uti & straminis ob caritatem futuram facienda. Sata hyemalia exigua, nec æstivis æquiparanda; illatio in horrea utrorumque admodum periculosa. Autumnalia, triticum & filigo, præmaturè seminanda, tardiùs enim crescent, licet multis pluviis humentia. Vitis vere divitem vindemiam spondet, autumnò fallit, in flore plerumque deficiens, aut si copiosa, maturitatè vix attingens; hinc opportunè legendum & vites apprimè tegendæ, ac contra frigus, nimiumque humorem muniendæ. Venti nonnunquam impotentes regnabunt cum imbribus, & eluvionibus. Fulmina, & tonitrua rara, eaque vere ut plurimum, sociâ grandine. Interea insecta serpentes, in hyeme mures campestres, in grano, & fructibus nec teretes, nec vermes abundantes, hyeme enim frigore necabuntur.

Et cum generatim hic annus frigidus, humidusque futurus sit; nam licet passim serena ficitas recreet, plurimum tamen pluvie obtinebunt. Hinc ægritudines periculose pertimescendæ, ut febres diutinæ, & mortiferæ, diarrhæe, catarrhi, psoræ, hemiplexiæ, hæctice, podagra, atra bilis, icterus, tusses, aliaque permolesta syntomata originem à frigidis defluxionibus ducentia, præcipuè aurium, splenis, vesicæ, ac dentium affectiones plurimæ, quæ mala præmaturè cavenda, & adversus humidum frigus corpora apprimè munienda, de remediis tempori prospiciendum.



# TABULA.

Quoad cursum Lunæ per signa Zodiaci, quandonam respectu cursus Lunæ, signorum, quæ percurrit, bonum, vel malum, vel indifferens sit. 1. Sanguinem mittere. 2. Medicinas fumere. 3. Balneis uti. 4. Ædificare. 5. Piscari. 6. Cædere ligna pro ædificiis. 7. Seminare, & plantare.

SIGNA.	 Ari- es.	 Tau- rus.	 Gemi- ni.	 Can- cer.	 Leo.	 Vir- go.	 Li- bra.	 Scor- pio.	 Sagit- tarius.	 Capri- cornus.	 Aqua- rius.	 Pi- ces.
Phlebot.	B	M	M	B	I	M	B	B	B	M	B	I
Medicina.	B	M	B	B	M	B	B	B	M	I	B	B
Balnea.	B	I	M	B	B	M	M	B	M	M	M	B
Ædificatio.	I	B	I	M	I	M	B	M	I	I	M	B
Piscatio.	M	M	I	I	I	M	M	B	I	I	M	B
Cæsur. lig.	B	I	I	B	M	B	B	I	M	B	M	M
Plant. sem.	I	B	B	M	B	B	M	M	M	B	I	M

## USUS TABULÆ.

I. Inspice in Ephemeridibus, in quonam Signo Zodiaci sit Luna eâ die.  
 II. Quære illud signum in prima columna Tabulæ. III. Vide in columna ad  
 sinistram, actiones, de quibus ponendis dubitas, & deliberas. IV. Litera  
 concurrans in angulo harum duarum columnarum tibi indicabit id, quod inqui-  
 ris. B. enim significat Bonum. L. Malum. I. Indifferens. Exempli gratiâ:  
 Phlebotomiâ uti, seu sanguinem è venis mittere, Lunâ percurrente signum  
 Arietis est bonum: percurrente signum Tauri, malum, percurrente signum  
 Leonis, indiferens. Et sic consequenter de aliis.  
 Conjunctio Solis, & Lunæ missionem sanguinis impedit per duos dies an-  
 tè, & post.

Item Lunæ cum Saturno, & Marte conjunctio uno die antè, & post. Ca-  
 venda pharmaca, cum Luna quovis radio Saturnum, vel Martem intuetur.  
 Cæsura lignorum fit deficiente Luna.



# TABULA UTILIS.

In qua Phlebotomiæ commoda tempora per singulos dies designantur juxta quorundam placitum.

*Prænotandum: Hac in re peculiariter ad tempus Novilunii attendendum esse, quod si in tempus antemeridianum incidat, ab illa ipsa die ( quâ Novilunium in Calendario designatum est ) numerare incipe; neque est, quod quis de reliquo ullam, aut signorum cœlestium in cursu Luna in dies occurrentium, aut aspectuum Planetariorum rationem habeat: ceterum post primam hanc Lunationem.*

- |      |    |  |
|------|----|--|
| Dies | 1  | Nociva est; deperditur natus color.  |
|      | 2  | Nociva; consequuntur febres.   |
|      | 3  | Nociva; causantur graves infirmitates.                                     |
|      | 4  | Nociva; sequuntur ordinariè apoplexia, & subitanæ mortes.                  |
|      | 5  | Nociva; sanguis imminuitur.  |
|      | 6  | Bona, & utilis tam sanguinis, quàm aquæ intercutis missioni.               |
|      | 7  | Nociva; deperditur appetitus necessarii alimenti.                          |
|      | 8  | Nociva; maximè stomacho.   |
|      | 9  | Nociva; oritur exinde scabies, & impetigo.                                 |
|      | 10 | Nociva; defluxiones capitales proveniunt.                                  |
|      | 11 | Bona; recuperat appetitum ciborum.   |
|      | 12 | Bona; totius corporis constitutioni prodest.                               |
|      | 13 | Nociva; tollit necessarii alimenti appetitum.                              |
|      | 14 | Nociva; ordinariè morbi diversi oriuntur.                                  |
|      | 15 | Bona; firmat cibi, & potûs naturalem appetitum.                            |
|      | 16 | Nociva; imò totius anni periculosissima.                                   |
|      | 17 | Bona; imò optima totius anni; summè sanitati corporis prodest.             |
|      | 18 | Bona; servit valetudini confirmandæ.                                       |
|      | 19 | Nociva, & periculosa planè.  |
|      | 20 | Nociva; ordinariè consequentes habet morbos graves.                        |
|      | 21 | Bona; & utilis in omnibus circumstantiis.                                  |
|      | 22 | Bona; liberat à variis morbis  |
|      | 23 | Bona; præservat ab infirmitatibus, vires auget, confortat membra corporis. |
|      | 24 | Bona; tollit defluxiones passim per membra exerrantes.                     |
|      | 25 | Bona; firmat cerebrum, & conjunctas eidem partes.                          |
|      | 26 | Bona, & utilissima; præservat à morbis acutis, & subito advenientibus.     |
|      | 27 | Nociva; ut plurimum apoplexiam, hemiplexiam, paralyfin post se trahit.     |
|      | 28 | Valde bona, & sanitati proficua.   |
|      | 29 | Nociva.  |
|      | 30 | Nociva.  |



# CATALOGUS LIBRORUM,

Qui in Academica Universitatis Cassoviensis Soc. JESU Typographia usque ad annum 1753. impressi reperiuntur.

Nota, Lector, hic per denarios intelligi illos, quorum 5. faciunt 1. grossum.

## LIBRI LATINI.

	d.		d.
<b>A</b> Dhortatio ad Sacerdotes. in Folio.	2	Brevis instructio contra Pestem. in 12.	2
Alberti Magni Ord. Præd. Libellus de adhaerendo DEO. in 12.	5	Calendar. Astronom. pro An. currenti. in 4.	15
Algebra ad Arithmet. usualem applicata. in 12.	10	Candidatus Rhetoricæ Juvencii. in 12.	20
Alphabeticus Iat. Ung. in 8.	3	Canisius Latino Ungaricus. in 8.	6
- - - Latino-Slavonicus. in 8.	3	Cassovia Vet. & Nov. Chronolog. propof. in 12.	7
- - - Latino-Germanicus. in 8.	2	Catalogi pro Studioforum nominibus. in 4.	2
Alvari (Emmanuelis S. J.) Principia, seu Rudimenta Grammatices, Libri primi pars prior pro minoribus Parvifitis. Latino-Ungarico-Slavonica. in 8.	8	Cellarii primitiva vocabula. in 8.	5
Ejusdem. Rudimenta, seu de Octo Partibus Orationis, & Generibus Nominum. Accedunt Rudimentorum Supplementum, Fabulæ Æsopi, Primitiva Latina. Pars Secunda, pro Majoribus, s. propriè dictis Parvifitis. Latino-Ungarico-Slavon. in 8.	8	Chorographia Ungariæ Urbium. in 12.	15
Ejusdem. De Nominum Declinationibus, Verborum Præteritis, & Supinis, Syntaxi anteriore sinè Appendicibus, adjuncto Cornelio Nepote, & brevioribus Epist. M. Tullii Ciceronis. Pars tertia pro secunda Classe Principiorum, seu Infima Grammaticæ. Latino-Ungarico-Slavonico. in 8.	42	Cicero Magnus Epistolæ Familiar. in 8.	35
Ejusdem Liber secundus de Constructione octo partium Orationis in usum Mediæ, & Supremæ Grammatices Classium. in 8.	43	- Item Parvus. in 8.	7
Ejusdem Liber tertius de Syllabar. dimensione, cui adjunguntur: Ars Metrica, Cand. Rhetoricæ, aliæque, quæ in Humanitatis, seu Poëseos Schola ferè prælegi solent. in 8.	47	Circulus Marianus. in 12.	2
Anonymi Belæ Regis Notarii, Historia Hung. de septem primis Ducibus Hung. in 8.	8	Circulus Menst. Christian. cogitationum. in 12.	5
Antonii Sandini, Disputationes Historiæ ad Vitas Pontificum Romanorum ab eodem descriptas. in 8.	25	Comenta adversus Rom. Eccl. refutantur. in 12.	10
Arithmetica P. Schoti. in 12.	5	Compendium Vitæ Andreæ II. Regiæ Hierosolymitani. in 8.	10
Ars Metrica. in 12.	10	Continuatio Historiæ Ungariæ cum titulo Fragmenta Hist. Ung. ab anno 1663. ad annum 1679. deductæ. in 12.	60
Articuli Diatales Anni 1723. in Folio.	25	Cornelii Nepotis Vitæ Excellentium Imperatorum. in 12.	11
- - - Anni 1729. in Folio.	15	Corona Mariana Stellarum XII. in 12.	5
Astiologus Scholæ Urbanitatis explicans. in 12.	5	Cosinographia, seu Philos. Mundi descr. in 12.	40
Aurora Æternitatis, preceptorius. in 24.	15	Cultus Sex-Dominalis S. Aloyii Gonzagæ è S. J. Innocentum Patroni. in 24.	2
Balthazaris Graciani Hispani Aulicus, sive de Prudentia Civili, & maxima Aulica, liber singularis, Editio novissima. in 8.	25	Cypriani Soarii è S. J. Artis Rhetoricæ Libri III. in Tabulas redacti: Item Rhetoricæ ejusdem explicatio, seu Nota uberrimæ ad singula propè Capita. Orationes Ciceronis Majores, ac Virgillii, Horatii, Juvenalis, &c. selecta, quæ in Gymnasio S. J. prælegi solent in Schola Rhet. in 8.	47
Biesman Doctrina Moralis. in 12.	10	Deliberatio de conservanda pace per consilia belli. in 12.	3
		Deliciæ Eucharisticæ preceptorius libellus. in 24.	3
		Dialectica. in 12.	10
		Dies veræ vitæ consecratus præparationi ad S. Mortem, Authore R. P. Josepho Maria Prola, è Soc. Jesu. in 8.	15
		Directorium Ecclesiasticum. in 8.	2
		Dissertationes de laudibus Podagræ. in 8.	10
		Dobronoki S. J. Phrases Latino Ungar. in 8.	10
		Doctrina Christiana in Lumine Naturæ Fundata & per L. Annæ Senecæ olim tradita. in 12.	5
		Documenta Christianæ Politicæ, seu Regula vitæ. in 12.	5
		Donatus Latino Bohemicus. in 8.	10



Donatus Latino Germanicus.	in 8.
- - Latino Ungaricus.	in 8.
Duplex Clavis Aurea, præcatorius.	in 24.
Elegia, quibus clades deplorantur.	in 12.
Eloquentia Parhetica singulares Virorum Illu- strum affectus symbolis, & brevibus ora- tionibus exprimens.	in 12.
Epistola Sacerdotalis de occasionibus statui Sacerdotali perniciosis.	in 12.
Epithetorum Officina Bucellini.	in 8.
Evangelia S. Joannis 32. in una philera.	
Exercitationes in genere deliberativo de eli- gendo vitæ statu.	in 12.
Figuræ cum significatis 4. linguarum.	in 8.
Formulæ variandi per Syntaxcos Regulas.	in 8.
Fructus Hyemales præcatorius.	in 8.
Geographia globi terræquei 2. partes.	in 12.
Grammatica Latina.	in 8.
Græferus Parvus.	in 8.
Historia vitæ Comitis Gabriëlis Antonii Er- dödy Episcopi Agricensis.	in 8.
Historia Mariana brevi metro concinnata.	in 12.
Historia Poëtica Galtruchi.	in 12.
Holocauftum Precum in hebdomadæ dies di- tributarum.	in 12.
Horologium spirituale ordinem diei & Pra- xes indicans opera quotidiana exactè, per- fectèque obeundi.	in 12.
Hortus Divinorum eloquiorum, seu loci com- munes pro utilitate Concionatorum dige- sti.	in 8.
Hungaria cælestis Astronomiam & Chrono- logiam in Synopsi complectens.	in 8.
Imago antiquæ, & novæ Hungariæ Authore R. P. Samuele Timon, è Soc. Jesu.	in 8.
Indulgentiæ Stationum Urbis.	in Folio.
Initia Cassoviensis Soc. Jesu ab anno 1601. us- que ad annum circiter 1640.	in 12.
Initium Sapientiæ.	in 24.
Joannis Duns-Scoti Doctoris subtilis vita.	in 4.
Iusti Lipsii Opusculum de Constantia.	in 8.
Lectiones 2 di & 3 tui Nocturni infra Octavam SS. Trinitatis.	in 12.
Leges Sodalitatis B. V. M.	in 12.
Limitatio Taxarum pro Tribunalibus Regni &c.	in 8.
Livii Ungarici, seu Bonfinii selectæ Oratio- nes cum Poëmate in laudem Mathiæ Cor- vini.	in 12.
Manuele Rhetorum.	in 12.
Manuele Sacerdotum.	in 18.

d.	11	Menstruorum Patronorum Schedæ pro Soda- litatum usu, uti & Religioforum S. Jesu.	in 20
	8	Metamorphoses, seu Naves Poëtici submon- tanarum superioris Ungariæ Urbium, ac Vi- nearum.	in 12.
	3	Meteora curiosa.	in 4.
	3	Methodus concinnè loquendi latiniæ, seu in- structio conscribendarum Epistolarum, per præcepta, & exempla, proposita.	in 8.
	15	Missa S. Aloysii.	in Fol.
	5	Missa S. Joannis Nepom.	in Fol.
	15	Modi ministrandi Lat. Ung.	in 18.
	2	- - - - - Lat. Germ.	in 12.
	5	- - - - - Lat. Slavon.	in 18.
	2	Molnari Elementa Grammaticæ Latinæ.	in 8.
	4	Officium, & Litanie S. Georgii.	in 12.
	30	- - - - - de Providentia DEI.	in 12.
	25	Officium S. Aloysii Gonzagæ.	in 8.
	5	- - S. Gertrudis.	in 8.
	10	- - S. Joannis à Cruce.	in 8.
	8	- - S. Joannis Nepom.	in 8.
		- - S. Julianæ.	in 8.
	7	Officium de Nomine Jesu.	in 8.
	10	- - Pauli, Joannis, & Jacobi S. J.	in 8.
		Item alia Officia nova.	in 8.
	12	Officium Rakoczianum.	in 12.
		Opus Oeconomicum, per R. P. Christophorum Fischer Soc. Jesu conscriptum.	in 4.
	12	Opusculum Orthographicum.	in 8.
		Ordo diurnus, cum Præceptoribus, tum disci- pulis domi tenendus.	in Fol.
	40	Palatium Regni Hungariæ Palatinorum.	in 8.
	20	Panis quotidianus antinæ.	in 18.
		Parnassus illustratus, seu elucidatio historia- rum Poëticarum, pro facilitate intelligen- dorum Poëtarum.	in 12.
	60	Parochus duodenario pressus pondere.	in 12.
	2	Peregrinus de Unitaria Religione.	in 8.
	10	Petri Annati de sacris Ecclesiæ Conciliis.	in 8.
	2	Philippicæ Novæ in fidei hostes.	in 12.
	25	Philippicæ Sacræ P. Szörény.	in 12.
	10	Physica exotica continens selecta, curiosa, ju- cunda, & omni ferè hominum statui u- lissima.	in 12.
	3	Pœnitens Christianus, ad rite obeundum Sa- cramentum Pœnitentiæ instructus.	in 12.
	2	Præparatio ad Missam, & gratiarum actio post eam.	in Fol.
		Prærogativa Philosophiæ.	in 12.
	10	Praxis brevis, fructuosè, & utiliter agendi cum Sæcularibus nostræ ætatis.	in 12.
	10	Praxis Oratoria R. P. Sigismund. I. auxmin.	in 12.



Prima quinque Sæcula Regni Mariano-Apostolici denuo Ethnicè adumbrata 2. partes. in 12.	
Principia artis Criticæ, in quibus continentur Regulæ Criticæ, ex SS. Patribus explicatæ, ac demonstratæ ab Adm. R. D. Eusebio Amort Can. Regul.	in 12.
Purpura Panonica, sive vitæ, & Res gestæ S. R. E. Cardinalium, qui aut in ditionibus Sacræ Coronæ Ungaricæ nati, aut Regibus sanguine conjuncti, aut Episcopatibus Hungaricis potiti fuerunt. Editio novissima, aucta & emendata.	in 8.
Principia 4. Linguis.	in 8.
Problema Philosophicum.	in 12.
Profodia.	in 8.
Proverbia, seu Axiomata Aristotelis.	in 12.
Quæstiones in Epistolas Dominicarum 2. partes.	in 8.
Quinquagena Casuum Conscientiæ de Sacramento Pœnitentiæ.	in 8.
Regulamentum militare.	in Fol.
Religio Salvifica: demonstrantur errores cuiusdam Calvinistæ Patakinensis.	in 12.
Remedia contra Pestem.	in 12.
Res literaria Ungariæ.	in 12.
Rhenii compendium Latinæ Grammaticæ pro Bohemis.	in 8.
- Item pro Germanis.	in 8.
Rhetorica antiqua.	in 8.
Rudimenta Historica, sive brevis, facilisque Methodu. juventutem orthodoxum notitiâ Historicâ imbuendi, opusculum I.	in 8.
- - - - - Opusculum II.	in 8.
- - - - - Opusculum III.	in 8.
- - - - - Opusculum IV.	in 8.
- - - - - Opusculum V.	in 8.
- - - - - Opusculum VI.	in 8.
Rudimenta linguæ latinæ.	in 8.
Sæculum Marianum.	in 12.
Septem Psalmi Pœnitentiales.	in 24.
Soliloquia, & Manuele S. August.	in 8.
Solus DEUS, seu Confœderatio inita ad honorem Solius DEI promovendum.	in 12.
Speculum Immaculatum, quo demonstratur ex probatissimis Authoribus Beatiss. Virg. Mariam sinè labe esse conceptam. in 4.	
Speculum Innocentiæ, sive Vita Angelici Juvenis S. Aloyfii.	in 12.
Spes illustres Suediæ Cassoviensis, seu primula virtutum illustrium Rhetorum Cassov. in 12.	
Statica de varietate, ac proprietatibus Motus naturalis, & artificialis cum Methodo eri-	

d.			
15	gendi Machinas, eisque utendi, cum figuris.	in 12.	10
	Syllabus Vocabulorum in 4. linguis.	in 8.	7
15	Synagma Juris Ungarici complectens unapeculiares Principatus Transylvaniae Leges in usum cum primis Tyrorum Juris Pari collectum, & excusum.	in 12.	20
25	Syntaxis ant.	in 8.	10
13	Tabulæ pro Altari.	in Fol.	5
5	Tabulæ Linguæ Græcæ.	in Fol.	5
8	Telemachus Francisci Fenelonii ad amantissimam tum tradendæ, tum addiscendæ Christianæ Politices Methodum.	in 8.	30
7	Testimoniales pro studiosis.	in Fol.	2
30	Theologiæ Asceticæ Mensis, sive piæ Meditatio in singulos Mensis dies distributæ.	in 12.	10
20	Theaurus Jubilæi, methodo accuratâ, & omnibus illud lucrari volentibus, ac præsertim Confessariis, valde utili explicatus.	in 12.	8
15	Theauri Sacrorum Rituum Epitome P. Claudii Arnaud.	in 12.	20
10	Tibisci Ung. fluvii notio, vagiq; ex parte.	in 12.	10
1	Tractatus Christiæ.	in 12.	5
5	Tractatus de DEO P. Szerdahely, methodo clarissima propositus.	in 4.	45
25	Tractatus Samuelis Raby, errorem indicans Judæorum circa observantiam Legis Mosaicæ, & venturû Messiam, quem expectant. in 12.		7
20	Trutina Theol. R. P. Dominici Viva, in propositiones ab Alexand. VII. damnatas. in 12.		20
7	Tuba Catechetica R. P. Antonii Ardia è S. J. pars secunda de decem Præceptis Decalogi.		57
5	- Pars tertia de Sacramentis.	in 4.	85
8	Vade mecum Sacerdotum.	in 18.	15
10	Varii sympathiæ, & antipathiæ effectus authore R. P. Francisco de Lanis è Soc. Jesu. in 4.		6
6	Virgilii opera illustrata notis.	in 12.	30
10	Virtus purpurata Athletarum Cassoviensium cum Iconibus.	in 12.	7
12	Vita S. Sigismundi Regis.	in 12.	7
10	Xaveriana Devotio.	in 18.	8
	LIBRI UNGARICI.		
